





7.

S. PETRI  
ENCRATITÆ  
AD  
*ILLVSTREM*  
ABBATEM BERGENSEM  
DE  
CONCVBINATV  
EPISTOLA.

Editio Secunda emendatior, & Tu-  
bingæ recusa Ao, 1714.

СИГИЗУРГ  
БАТИГАЙД  
АДАМ  
ВАЛЕНТАН  
ДЕ  
КОДУРНА  
АЛОТГИХ  
И



# ILLUSTRIS ET MAXIME REVERENDE DOMINE ABBAS!



I quis unquam fuerit, illustris Domine Abbas,  
cui scribere de materia præsenti & communi-  
care meam sententiam maluerim, sane præ re-  
liquis Te putavi eligendum, eo quod & purio-  
ris doctrinae eruditio, & vita intemperatae con-  
suetudo Ecclesie & omnibus bonis te hæc tenus  
commendarunt admodum. Ita enim tuæ do-  
ctrinæ positiones comparatae sunt, ut Theologia efficax mihi semper  
fuerit visa in istis latere, quippe quæ ab analogia fidei non di-  
scerpat, sed ad eam quadrat & solidam theoriam inculcat, &  
vitam rite transfigendam cum ipsa fide, quatenus salvifica est,  
prescribit, & commendat: Sic quoque tua est vivendi ratio,  
ut religiosa possit omnibus dici, & quæ fidelibus se admodum  
probat, & quæ ab ipsis forte alias a Te dissentientibus non po-  
test unquam improbari, quare spes me omnimoda fovet, fore  
ut has lineas benigno vultu, hoc est, absque ullo odio personarum  
fuscias, & cum labi tibi vidasar modeste, ac cum amore corri-  
gas si dissentire tantum, legas ac relegas dispungas quoque non-  
nulla, ubique vero bone fidei calamum agnoscas, nec desinas me  
amare, quamvis incognitum, cum vel binis saltet vicibus te-  
cem colloquendi in transitu per vestram civitatem licentia mihi  
fuerit.

## Summaria

### Conspectus totius Epistole.

- §. I. Nomen Encratitarum cur non odio prosequendum? Mores Nicolaitarum. Cur multi horum errores sint secuti? §. II. Causa hujus epistole. An concubinatus a Christianis in primo seculo fuerit damnatus? Sententia Dn. Thomasi de differentia concubinatus & matrimonii. Doctrina de concubinatu unde haerienda? §. III. Autores in hac materia adhibendi. Nemus iuram matrimonii sufficienter & una serie narravit. §. IV. Quid per concubinatum intelligatur. An tractatio hujus materie scandalosa? §. V. Actus carnales semipuritas matrimonio legitimo non sacrificantur. Encratitarum sententia de impuritate. Excessus matrimoniales. §. VI. Omnesticite conjugiones sunt investigande. Quomodo concubinatus a matrimonio differat? Quinque genera liciti matrimonii tempore Christi & Apostolorum. §. VII. Is quo constiterit jus Civitatis Romane? §. VIII. Cur nuptiae apud Romanos factae fuerint per coemtionem? Solemnitates coemtionum. Effectus matrimonii per coemtionem. Quid de nuptiis apud Hebreos & Grecos sentiendum? §. IX. Matrimonium usu contrahendum. Per confarreatio[n]em. An beneficio sacerdotalis differat a confarreatio[n]e. §. X. Contubernium servorum. Contuberniale deterioris fuerint conditionis quam concubinæ. §. XI. Quid de matrimonio servorum Scriptura dicat? Apolloli an iura servorum circa connubia servaverint? Duravit status Servorum ab initio Christianismi. Cur genuinus sibi conceptus formandus de contubernio, divortio, famiglia &c.? Serbius non est contra naturam Christianismi. §. XII. Quid per fororiam appellationem intelligentum? Quenam dicatur licita fororia appellatio? Quanam illicita? Cur Clericis interdicta matrimoniorum? Primaria. Secunda. Tertia. §. XIII. Rationes allate rejiciuntur. In eorum locum genuine surrogantur. Conjunctiones Christianorum bodierna an convenient cum connubio Romanorum, in cum concubinatu? §. XIV. Jure Civili concubinatus est permisus. Concubinæ non gaudent dignitate maritii. An in concubinatu deficit affectio maritalis? An concubinatus fuerit dissolubilis? Concubinatus & nuptia differunt tantum dignitate. §. XV. Sententia primitiva Ecclesiæ, item Patrum de concubinatu. Justinius probavit concubinatum. An Ambrosius illum daret? Concilium Teletianum concubinatum approbat. Cur Theologum hodie damnet? Origo benedictinis Sacerdotalis. §. XVI. Deficiencia affectionis maritalis, & dissolubilitas nukare differentiam inter matrimoniorum & concubinatum efficiunt. Quid per affectionem maritalem intelligatur? Præsupposita circa dissolubilitatem. §. XVII. Mores Centum circa dissolubilitatem. Causa divortii. Mutatio status in dissolubilitate attendenda. §. XVIII. Explicatio reliquorum presuppositionum. §. XIX. Dissolubilitas non est visum concubinatu proprium, sed commune cum matrimonio. Conciliatio dissentientium. Patrum sententia de concubinatu quomodo intelligende. §. XX. Responso ad quasdam objectiones. Quam virtutem Ambrosius principalem dicat? Quid de patrum sententiis sentiendum, qui contra licentiam concubinatus scripsierunt? §. XXI. Conclusio cum Voto.

§. I. No-

## §. I

Oli autem statim ab initio odiſſe nomen Encratita-  
rum, vel abhorre ab illo; ſciſ enim, ubi nos fine  
dubio noveris, rigorem purioris vitæ nos vocaſſe  
ad emendationem eorum, quæ primis ab initio  
Christianiſmi ſeculis quoad concubitum, vel iuſtum, vel inju-  
ſtum, ſeu minus privilegiatum conſueverint in Eccleſia doceri.  
Nec enim incognita tibi eſt iuſta Nicolaitarum ſententia, qui ſe  
adpliſcabant, & eſui earum rerum, quæ diiſ fuerant conſecratae, &  
quæ cum iſto conjuſcta erat, fornicationi, ac reliquis actibus im-  
puritatis, adeo, ut nec erubuerint religioni cuidam adſcribere  
actus carnales extra matrimonium gentili computandi & aſti-  
mandi ratione: ubi tamen nego cum Clemente Alexandrino, Eu-  
ſebio & Theodorito, iſtum Nicolaum, Diaconum Eccleſiae, cu-  
jus in Actis Apoſtolorum cap. 6. fit, mentio, autorem fuſſe iſtius  
ſectæ, de qua diximus; quanquam Epiphanius illud videtur aſ-  
ſerere. Adversus vero impudicas iſtius Secte ſententias Tatia-  
nus non poterat non ſequenti ſeculo ſecundo egregie pugnare,  
& admodum diſſentire, vid. Irenaus, Clemens Alexandri. Euseb.  
& alii; ita, ut Encratitarum nomen quaſi abſtentium deinceps  
uſi uenerit, poſt eum vero conſentiebat eatenus Severus & ejus  
affeclæ, Montanus, Tertullianus & alii; unde deinceps nomen  
Tertullianistarum, Tascodrigitarum, Montanistarum, vid. Epi-  
phanius, Theodoritus Philastrius &c. Sicuti vero errorem Ni-  
colaitarum & aliorum ab initio fugere diſſicile fuerat ob incogni-  
tum valde & admodum obſcurum conniſbiorum juſ, ex legibus  
civilibus, obſervantiusque Legum Græcarum & Romanarum non  
leviter obumbratum, & tum temporis, ſi ulla unquam tempeſta-  
te, multis ambiguitatibus obvelatum, cuius cauſam videbis deinceps:  
ita non eſt exiſtimandum, noſtram Encratitarum discipli-  
nam ad alterum extreum deueniſſe; nihil enim volumus, niſi  
quod tanta beneficia & admodum quidem exorbitantia non ſint  
adſingenda connubio, ac ſi omnis concubitus in iſto ſit eodem ju-  
re privilegiatus, & eadem conſecratione complexus, hōc enim,  
quidſibi velit, ſi rite perpendatur, proh Deum immortalem!  
quaſa peccata manerent intacta, quæ extra matrimonium vix  
committuntur; Credemihī, mi Pater, hanc theſin mereri accu-  
ratam

*Nomen Encratita-  
rum cur  
non odio profe-  
quendum?*

*Mores Nicolai-  
tarum.*

*Cur multi ho-  
rum errores  
ſint ſecuti?*

rata m quādām indaginem, & si qua hæresis subest, in cuncta concubitus materia, admitti sane ab illis, qui & in matrimonio nolunt servare vas suum in honore & timore, domesticæ Veneris privilegiæ beneficio securi.

## §. II.

*Causa hujus  
episole.*

Cum igitur viderem, Te ac illustrem Collegam tuum Directorem Academiae vestræ disputare utrumque contra concubinatum, & quidem hunc in particulari Dissertatione, præcipue §. 27. & in fine, te vero in integra Dissertatione, & quidem formato hoc Controversæ statu, annon concubinus ab optimo Salvatore nostro & Apostolis fuerit prohibitus? sane quod tuam dissertationem, & tradendi modum, liceat cum pace & venia tua, Vir illustris, & sub respectu tibi reverenter debito, deprehendisse, & adhuc observare, quod jura coniugiorum istius tempestatis, de qua prohibitionem postulas, non videantur apprime inventigata. Quanquam quæstiones Juridicæ te nec adeo tangunt, tuis a Christianis hoc enim si factum fuisset, vix posset quæstio moveri, & in mensis in primo tempore cuidam venire, an concubinus a Christianis primi Seculi Seculo fuerit damnatus?

*An concubinus a Christianis  
fuerit damnatus?* fuit inter concubinatum istius temporis & verum matrimonium, intuitu Christianismi, sepositis legibus Civilibus, id quod ipsum jus & historia Ecclesiæ docet, & apparebit ex sequentibus. Licet igitur illustris Dominus Thomasius admodum eruditus de seculo in seculum concubinatus historiam delineaverit, non potuit tamen impedire, & quodammodo dedit occasionem, ut post ipsius doctrinam, & ex illa, significarentur due diversitatis egestates notæ & characteres, nempe deficiens in concubinatu *affectio* *Thomasi de maritali, & indissolubilitate*, ac intuitu horum deficientium re-  
*Differentia concubinatus & matrimonii.* quisitorum differentia a matrimonio. At vero, si unquam posse monstrari ingenua diversitas, & quæ quidem hac dissertatione non tollatur, damno & rejicio concubinatum istius ævi, finimus, quare disputamus frustra & formamus rem illicitam præter necessitatem & sui existentiam, cumprimis, ubi rerum veterarum figmentum majori cum prudentia vitandum, quam licitarum; nisi doctrina de titut enim depravatum Seculum in vetiti concupiscentiam. Tota vero res nostra cum sit de promenda & existimanda e solis principiis juris nostri & historiae ecclesiasticae, ut formato conceputu distincto appareat, an tangat & incurrit senioris theologie pro-

prohibitionem, cum sileat juxta tuam confessionem, expressa lex divina: dolendum statim est ab initio, quod non solum in iure ecclesiastico, sed etiam civili tot & tanta volumina edantur quotidie, desideretur tamen ad hanc usque horam sicuti historia Juris Commerciorum & Testamentorum, ita in primis quoque historia juris Connubiorum; in quibus tamen consistit totius juris prudentiae nostrae basis & fundamentum. Quamvis enim jus civitatis Romanæ eatenus non videatur ad nos translatum, certum tamen est, conclusiones innumeræ ex isto jure profluentes in nostrum esse redactas, & adeo subtili sepulchro latere, ut nil nisi contradictiones ex commentariis nostris ad minimum plurimis ad nos potuerint redundare.

### §. III.

Cumque difficultia sint praesenti huic tractationi acquirenda genuina subsidia, atque ut appearat & Tibi, Reverendissime Abbas, Autores in hac materia adhibendi. constet, ac reddatur ratio, ex quibus fontibus hausta sit praesens doctrina, videamus de autoribus partim ab aliis in medium prolati, & examinetur deinceps mea opinio quoad supplementum omnium, quibus haec de re evolvere methodum, & rationem trandi placuerit, idque eo magis, cum valde sit necessarium, in tanta obscuritate querere faces Isp[ec]t[er] autem, quem forte putas a Te dissentire Dn. Thom. alibi paucos quosdam autores Joh. Alb. Fabricius, & alii commendarunt, ex quibus eruenda sit intricata haec res; & sunt quidem potiores ac præ reliquis eligendi, Barnabas Brissonius, ut & Antonius & Franciscus Hottmannus, item Casalius de ritu nuptiarum, Albericus Gentilis, Tiraquellus de jure connubiali, Sagittarius quoque in spicilegio de ritibus veterum nuptialibus, & porro quoad ritus Caspar. Calvær & Joach. Hildebrandus, sicuti de Hebræis Seldenius & Buxtorfius in exercit. de sponsalibus & divorciis Hebreorum, de benedictione sacerdot. Pfannerus, Tertullianus de pudicitia & infiniti alii, quos examinare alia vice satagam. Ex his vero omnibus plenarie doctrinam nostram evolvi feliciter non posse existimaverim, præcipue cum nemo una serie jura matrimoniorum tam apud Gentiles, quam Christianos observata, junctis ritualibus & exinde profluentibus Nemo jura matrimonii sufficienter & una serie trattavit. conclusionibus & principiis juris, respexerit. Unde præter superrius allegatos & alios apud Fabricium inveniendos evolvendi sunt Cicero, Dionysius Halicarn. Plutarchus, Gellius & omnino classici auctores,

autores, cum optimis quibuscumque Commentatoribus, & qui-  
dem in indice sub vocibus: *Confarreatio, coemtio, connubium, ma-  
trimonium, contubernium, concubinatus, divorcium, dos, matrona,  
pellez, familia, adulterium, instrumenta dotalia & tabula, mater-  
familias, deductio in domum &c.* Ex novioribus videndi in com-  
mentario & indice Græviano ac Gronoviano, omnino quoque  
Rosinus, & potissimum autores ritualium, quo pertinent egregie,  
que nuper tradidit amicus noster integerimus & conterraneus,  
Dn. Nieupoort, quibus cum Novo Testamento & S. Codice ad-  
dendi Eusebius Tertull. Chrysostom. & reliqui Patres, Bibliothe-  
ca quoque Patrum, & ex novioribus Hosipianus *de ortu mona-  
chatus*, Hildebrandus, & Casparus Calvoe sub vocibus: *matrimo-  
nium, concubina, foror, extranea mulier, oves, dolo, junctis* quibus-  
dam jam antea citatis vocabulis. Soleo & ego adhibere Gramma-  
ticos & Lexicographos, Cellarium, Rhodiginum in section. anti-  
qu. Briffonium de V. S. Hoffmannum & alios; neque aliter potui  
tanta adhibita opera, & ut plurimum frustra quærendo, tam con-  
fusas traditiones, & *theses ut plurimum sibi contradicentes* in lucu-  
lentam erigere consonantiam, priusquam omnia conferrem & le-  
gitime cum analogia Juris & sivei communicarem, & sic tandem  
firmam thesin statuerem. Atque adeo ita mihi nunc videor in do-  
ctrina matrimoniali firmatus, ut vix contradicatio in animo mihi  
superstis, licet forte non valeam ita me explicare & proferre men-  
tem, ut reliquis idem appareat. Plura tamen tradenda constitui  
in elaboranda quadam Historia Juris Connubiorum, reliquis, qui  
rectius gesserint, vicem meam facillime traditurus.

## §. IV.

*Quid per Con-  
cubinatum in-  
telligatur?*

Quibus ita generaliter cognitis, illud adhuc erit præprimis  
supponendum, & monendum in antecedentibus, quod non sit  
sermo de concubinatu quoad conceptum hodiernum, admodum  
falsum, ubi abusive sumitur pro actu quodam illicito, & specie for-  
nicationis, ita, ut concubina hodierna & meretrix differant sicuti  
lardum & caro suilla; nam prout firmiter sum persuasus, concu-  
binatum in genuino conceptu, quatenus in legibus & a Patribus  
Ecclesiæ traditur, & ad explicanda jura connubiorum quam ma-  
xime debet & intelligi, & tradi, unum idemque esse *intuitu licet &  
conjunctionis* cum vero matrimonio, exceptis quibusdam effecti-  
bus mere civilibus: ita *bodie communis* Dd. & Juris interpretum  
est

est sententia, quod omnis omnino concubitus, extra præcedentem copulam Sacerdotalem, sit actus illicitus, & quidem præcipue loquor de personis privatis; nam leges Civiles, ad quarum congruam explicationem potissimum respicimus, ac tolli eatenus doctrinam de concubinatu non posse monemus, ad Principes & illustres non spectant. Inde controversiam quoad hos superiores relinquimus tractam, optime guariri, quod longe aliis argumentis eatenus sit disputandum. Si igitur vel minimum scandali posset latere sub hac materia, dolorem tractionem, quam tamen nec Huberus, nec alii JCtorum præterierunt; at vero illud est dolendum, quod vocabula non proprie, non genuine intelligantur & prima vice capiantur absque fictione scandali, disputamus enim de adulterio & Sodomia, non statim horremus nomina; qui contra pravos errores disputat, non potest omittere terminos, minime vero omnium historiam, antiquitatem & ita diversitatem; esto, quod concubinatus mortalitasq; eum prohibendi supponat leges potissimum ordinis, quid inde? annon leges ordinis sint etiam leges in conscientia obligatoriae? Sane nec Christus, nec Apostoli legem civilem *ideo* vel mutarunt vel aliquid adjecerunt, sed gloriam mundi & civilem dispositionem, præprimis etiam quoad civiles effectus connubii, qui unicam fere matrimoniorum differentiam formalem essentiam constituebant, suo loco reliquerunt.

## §. V.

Ante omnia itaque e medio tollendum primum illud falsum, quod communiter a iusta hujus rei tractatione homines JCtos avertit: putant nimirum, actus carnis in matrimonio admisso & concubitum privilegium ita mediante jure connubiorum facificari, & quasi legitimari, ut etiam *ad* scortationem, non tantum ob istam matrimonium introductum plurimis videatur, quanquam vel maxime artificium illud studetur celari. Sane quicquid extra procreationem sobolis & intentionem illius fit, vel fieri posset, est & manet impuritas animi naturalis & nihilominus fieri impune, nemo dubitat jurium interpres, nemo suadet Theologus, poenam esse statuendam. Et hoc est, quod Encratita nostri olim docuerunt potissimum, quanquam a Dd. Ecclesie nonnullis ipsis imputatur, quod senferint, ipsum matrimonium esse impuritatem, quo, facto immundiciem externam & internam animi & corporis non potuissent non confundere. Ego vero existimo, putasse eos, non

*An trattatio  
hujus materie  
scandalosa?*

*Actus carnales  
seu impuritas  
matrimonio le-  
gitimo non fa-  
cificantur.*

*Encratitarum  
sententia de  
impuritate.*

omnem animi impuritatem tolli solo mediante matrimonio, & ita abstrahere & eatenus abstinere, melius esse, similiter constet. Egō illis neutiquam subscribo; at in ipsa Apologia Augustanae Confessionis ipsis quedam defensio applicata videtur, interpres vero rerum theologicarum vel odio Sectarum, vel pra*judicio* prae*cipitanciæ*, post neglectam accuratiorem indaginem, re non satis percepta, judicant aliud.

*Excessus Matrimoniales.*

Quantum autem scandalum in foro soli & cœlesti iudicio oriatur mediantibus matrimonii excessibus, & quod ibi ad minimum alia ratione quam fornicatio non tra*c*tentur, neque privilegium istius connubii jurium eatenus consideretur. Tu poteris, clarissime Vir, præ reliquis judicare, qui notoria castitate & celibatu*r* per omnem famam purissimo hactenus duxisti vitam. Nec dubito, fore, ut auctoritate tui consensu firmentur in hac thesi alii, cuius rei effectus in vita Christiana posset præcipue confistere in eo, ut post ejus cognitionem & approbationem sufficientem abstraherent communiter homines ab errore recepto in matrimonii septis, & parietibus privatis, quod nempe ibi omnia liceant; ut adeo sequentia non facile evitentur peccata (1) concubitus frustra iteratus & inde profluens (2) acquisitio habitus in causis libidinosis ita, ut consuerudo fiat altera ipsa natura, unde discursus illicitus & alii effectus ex naturali habitu oriundi, deinceps (3) spiritualis superbia, contemptus, & immisericordia intuitu illorum, qui extra matrimonium leviter labuntur sine con*f*uetudine libidinis; ita, ut talis peccator vix ac ne vix quidem tantum concupiscat in anno, quantum isti superbi quotidie. Est enim in doles ambitionum & avarorum inprimis, ut nocte sibi sacra satis & ad abusum in carne volutati, sequenti die nihil videantur odisse magis, quam rem carnalem, ita, ut & vocabula horrent, & ob illa quoque alios contemnant. Porro (4) sequitur ex hoc errore abstinentia a precibus pro corde puro, nec nimis carnali, in cuius peccati omissionis vicem surrogamus intuitu illorum, qui vel preces esse remedium naturale non assequuntur, vel malunt causas naturales medio naturali tolli, vitium nimiorum alimentorum, quæ corpori capiuntur, Bacchi & Cereris adoracione, ne frigescant in matrimonio, quod vitium ut plurimum amat senectus. Unde (5) consequitur humidiradicalis prostitutio & mortis naturalis acceleratio.

§. VI.

Ex hisce igitur dictis nostre Tractationis utilitas de se ipsa sta-  
tim patet, quidni ex eo, quod iam obiter monuimus antea, non posse nimurum doctrinam & jura connubiorum ex ipsis legibus ci-  
& primitivae Ecclesiae fundamentis percipi, vel umbra ejus adin-  
veniri, nisi praeter conjugium stricte dictum reliquæ conjunctio-  
nes licite, & concubitus cœlesti quadem dispensatione privilegia-  
tus probe investigentur, sicuti ex sequentibus apparebit ulteriori  
quadam cura. Ut vero constet ante omnia de statu cause, & qua  
de re differam in præsenti, unica mihi formanda videtur quæstio,  
an nempe concubinatus differat a matrimonio & vero conjugio  
in foro Soli tantum, an etiam in foro Poli, an saltem quoad effec-  
tus civiles, an vero Theologice quoque quoad effectus Christia-  
nismi & conscientiam intuitu prohibitionis divinae vel quod Tu,  
Illustris Vir, maluisti, an fuerit concubinatus ab optimo Salvato-  
re & ipsis Apostolacite & latenter prohibitus? nam quod expresse  
illud non factum, nec Tu diffiteris. De quo statu cause ut adæ-  
quate & fundamentaliter ex ipsis antiquitaribus & rei veritate dif-  
feratur, supponendum præprimis est, tempore Christi & Aposto-  
lorum quinque potissimum fuisse genera liciti matrimonii, seu  
potius conjunctionis. Primum erat connubium in specie ita di-  
ctum, cum omni effectu civili, de quo deinceps, quod styllo Roma-  
no tum temperis potissimum usitato & in effectu cum iuribus He-  
breorum & Græcorum coincidente, latebat sub matrimonio per  
coemtionem, secundo connubium minus perfectum,  
quoad omnes effectus Civiles, quod describi potest per matrimo-  
nium, per confarreationem & usum. Tertio vero concubinatus,  
de quo loquimur, & quarto contubernium servorum, quibus  
quinto accedebat in N. T. Sororia appellatio, & hinc deinceps su-  
peradditum matrimonium per copulam Sacerdotalem, de quibus  
omnibus quedam preoccupasse juvabit.

## §. VII.

Et antequam quidem de nuptiis per coemtionem differam, vel  
duo verba illustrationis causa de jure Civitatis Romanorum in  
genere communicanda venient. Nimurum solis Civilium Romanorum  
nis, & illis, quibus deinceps illud communicabatur, competit  
Civitatis Jus, consistens in his tribus, jure nempe connubiorum,

Testa-

In quo eorū  
rigores Civitatis  
Romanae?

Testamentorum & commerciorum, nec enim testamenta quilibet condere poterat, nec quamcunque rem, commercii jure, sibi comparare, nec uxorem habere, nempe cum effectu Civili. Ut itaque quoad jura commerciorum publice constaret, an ista res, quæ in mancipio seu domino Civium tantum esse poterat, veluti immobilia, fundus Italicus, tum quæ bestiarum numero erant, ut boves, muli, equi, asini, non vero elephanti & camelii, quamvis collo dorso domentur, uno verbo res mancipi de cive in civem & non in alium transferentur, ac facili negotio vindicari quoque possent, quare nostri JCTi inepte vindicationem nobis difficilem retineant præsto erat actus publicus mancipacionis, quam solennem traditionem possemus vocare, qua mediante, omnis res manciparetur, seu veniret in manum & potestarem alterius civis, præsentibus quinque testibus; Civibus æque Romanis libipende & Familia emtore & sic quoque transferebantur res per ultimam voluntatem, ut omnia præsentia & futura bona, per minimam rem, tanquam per signum, facta tali venditione, & traditione seu mancipacione in heredem futurum, qui præfens erat, transferentur. Postea vero, cum vota captandæ mortis intercederent, præstabat locum heredis Familia emtor, cui omnis res mancipatur, ut post mortem Testatoris heredi, in tabulis scripto, restitueret. Quare in continentia fluit, post istum actum traditionis neminem ab intestato aliud potuisse amplius capere, cum heres ex mancipacione jam haberet omnium rerum quasi traditarum jus quæsumum: & hoc est quod Romani ex natura negotii dicebant, neminem posse pro parte testatum & pro parte intestatum decedere, eius rei rationem nostri JCTi alii frustra querunt, alii dari negant, ipsam vero thesin æque inepte retinent. Apostoli vero & Christiani primævi seculi raciebant ad hæc omnia, nec dolebant a lios præ alius, in acquirendis rebus mundanis prærogativas sibi vindicare; plane Tertullianus fideicommissis illudi Testamentis statuebat, cum Imperator Augustus & reliqui, mallent æquitas regulas, mediantibus fideicommissis, omnibus hominibus communes reddere, & quoad valorem ultimarum voluntatum indeterminatum communicare, & ita per indirectum tollere infanas regiam. Status Romani præcedentis, turbulenti & popularis.

### §. VIII.

His itaque præmissis ad connexionem & argumentum dicendum

*Cum ruptis*

dorum redeamus. Et supponendum quidem est pro invicibili Veritate, quod, sicuti reliqua jura Civitatis habebant formam solennem ritumque maxime vero traditionem limitatam pro fundamento, ut res legitime veniret in manum alterius: ita sine dubio quoque in matrimonio idem obtinuerit; & hujus gratia nuptiae siebant per coemtionem, hoc est, imaginariam emtionem & venditionem, adhibitis, dicas causa, quibusdam nummis, & sic mulier veniebat in manum potestatemque Viri, sicuti notum est ex Plutarcho, Macrobio, Juvenali, Gellio aliisque, quos allegant ex novioribus Cælius Rhodiginus, Rosinus, & in specie Clarissimus Nieuport, Sect. 6. cap. 4. per tot, ac alii plures; solennitates verbis breviter haec erant, ut Vir scitaretur, an sibi mulier esse materfamilias veller, quæ respondebat, velle; Mulier item sic, an sibi Vir esse Paterfamilias veller, qui respondebat, velle; Itaque in viri manu mulier conveniebat, eratque viro materfamilias loco filiæ. Inde Gellius: *In cuius manu mancipioque alia matrimonii causa forer.* Vid. Rhodiginus lib. 28. cap. 17. Atque adeo, postquam ita facta fuisset mulier materfamilias, ita etiam matrimonium per coemtionem ultro sequebantur omnes effectus legitimi connubii civiles, qui consistebant in iuribus dotium, donationis propter nuptias, patriæ potestatis, adoptionis, emancipationis, matrifamilias & reliquis omnibus, que sub iure personarum hodie traduntur, atque conclusiones ex antiquis legibus retinentur, postquam longe alia divisio a Triboniano introducta, nempe in Jus personarum, rerum & actionum. Neque vero, quod statum Causæ turbet, credendum, jura Hebræorum, Græcorumque in effectu alia fuisse & benigniora, intuitu juris Connubiorum, atque forte arbitrandum ad speciem commercii veras & genuinas nuptias Civiles apud Hebræos Græcosque non pertinuisse; quamvis enim solennitates in manum potestatemque sumendi uxorem non semper convenienter, crederem tamen, duriora adhuc etenim Hebræorum jura esse & vel maxime Romana præ reliquis omnibus benignissima: simul atque enim Iudei per assumptionem in fœdus Judaicum fierent Proselyti & ex istis Israelitæ, indipiscabantur Jus civitatis, sacerorum, Connubii, Magistratus, & reliqua. vid. Całovii in capite de effectu baptismi lib. I. Ritual. Eccles. Sect. 2. c. 35. §. 4. 5. 6. seq. quam dura vero fuerint jura Connubiorum & divorziorum, ex sacro Codice constat.

*apud Romanos  
facta fuerint  
per coemtio-  
nem?*

*Solennitates  
coemtionis.*

*Effectus matri-  
monii per co-  
emtionem.*

*Quid de nu-  
ptiis apud He-  
braeos & Gra-  
cos sentien-  
dum?*

## §. IX.

**Matrimonium  
usū contraria  
tum.** Ab hoc vero matrimonio per coēmptionem differebat matrimonium per confarreationem & usum. Usu autem contrahebatur illud, cum mulier integro anno & continuo cum viro fuisset ex sola causa & intentione matrimonii, & hæc quidem uxor a concubina vix differebat; nam quod communiter adserunt, præsumi nuptias ex persona libera & honesta, secus vero in concubinatu, hoc vix quadrat ad evidentiam istius status, & committitur confusio hujus matrimonii cum priori, cum præsumtio cedat veritati & concubina etiam posset esse persona honesta in sensu communni; honestas vero tum temporis sumebatur ex communicatione Juriū Familiæ, ut fieret materfamilias, non vero ex honestate vivendi quoad mores, sicuti dicetur deinceps. Atque adeo matrimonium per usum erat ad instar usucaptionis, intuitu rerum in commercio, sicuti coemtio erat loco legitimi Tituri emtionis, quamvis cum egregia differentia. Per confarreationem autem matrimonium introductum a Pontificibus Romanis, qui instar hodierni Cleri papalis & antichristiani omnibus modis in statu Romano ambabant brachium seculare, ut sub prætextu rerum sacrarum inirent dispositionem actuum mundanorum & Judicialium, sicuti ex Jure notum est, quod actus pietatis, ut adoptionis & alii peracti etiam fuerint coram Pontificibus Gentilibus. Confarratio autem siebat selenni sacrificio, adhibitio farre (jurarem pro Pontifice, loco accidentium, ut nostro stylo uti liceat) & ita præsente Pontifice consumebantur nuptiae, sicuti etiam dissolverbantur per dissarreationem. Erat autem verus diuque consuetum antiquis Romanis alimentum farris, prouti Græci hordeum vestitusimam putabant frugem, cuius in Sacris primitias dabant, svaðs vocantes; de cuius rei solennitatibus vid. Festus & Boetius citati a Rhodigino did. cap. 17. qui etiam in sequentibus probat, quod res est, nempe quod hæc solummodo materfamilias fuerit, quæ in manum per coēmptionem venerat, quæ usū aut farre minime; sicuti vero omnis effectus veri matrimonii ad jura patris, & matrisfamilias recurrebant: ita non erit difficile arbitratu, quænam fuerit inter hanc uxorem confarreatam & concubinam differentia, nempe quoad entia sacra & profana, adhibitionem consecrationis Gentilis & consensum tantum civilem de consuetudine vita, quoad conceptum Flaminum & Flaminibus addictorum

**Per confarrea-  
tionem.**

&amp;

& reliquorum hominum absque præjudicis. An recte vero a *An bennatatio*  
 nonnullis comporari possit cum illa confarreatione nostra bene- *sacerdotalis*  
*dicio sacerdotalis, ita ut sacram confarreationem appellant, de differat a con-*  
*eo valde dubito: sicuti firmiter sum persuasus, omnem consecra-*  
*tionis vocem sapere Gentilismum, nec debere hodie ferri vel to-*  
*lerari, vid. præterea de confarreatione Lipsium ad Tacit. IV. An-*  
*nal. 16. Quamvis vero posset opponi a sola methodo Romano-*  
*rum non posse desumi argumentum ad consuetudinem commu-*  
*nem temporis Christi & Apostolorum, nihilominus tamen salva-*  
*res est, cum solum secundarium matrimonium hac ratione deli-*  
*necetur, licet methodus inter alias Gentes differat, quibus præsto*  
*erant permulti hominum, qui non poterant uti jure patrisfamili-*  
*as & reliqua Civitatis prærogativa, nec tamen poterant uti, inter-*  
*ea vero abstrahendo a iuribus Civitatis jure naturali erat unum*  
*ideinde matrimonium.*

## §. X.

Sequitur Contubernium Servorum, nam de Concubinatu di-  
 cetur ultimo loco, ut in una sane maneamus, sicuti vero diversita-  
 tes quoad jura Connubiorum, quam maxime erant, tum tempori-  
 ris necessariae, ne alii, qui jus Civitatis dicto modo non habebant,  
 præcluderentur jure licite coeundi, quanquam legale matrimoniu-  
 mum inire non poterant: ita sane præprimis fuisse servi miserri-  
 mi omnium, quem nulla sua proprie haberent, & ridiculum fuisse  
 dicere uxorem servi. Quamvis ego periuadear valde, sicuti  
 multas concubinas, quarum vox non erat honesta, nempe quoad  
 effectus Civiles: ita etiam per multas contubernales servorum,  
 quarum appellatio nec quicquam honestatis comprehendebat, in  
 nostro & hodierno honestatis seu vivendi pudoris sensu honesti-  
 fimas appellandas præ justis uxoribus aliis. Notum enim est ex  
 ipsa Historia & antiquitate, opifices & mercatores, alteriusque  
 diverse conditionis fuisse servos, non semper viles homines.  
 Quis vero crederet, honestam istam mercatoris seu opificis uxo-  
 rem, seu contubernalem pro mera meretrice per se, quoad vi-  
 vendicationem fuisse habendam? Sane ego firmiter credo, va-  
 rias imo multas contubernales castiori vite operam dedisse, quam  
 aliis justas & legitimas matresfamilias, nihilominus tamen extra  
 omne dubium est positum, contubernalem deterioris fuisse con-  
 ditionis, quoad gradus civilis honestatis, quam concubinam, at-

*Contubernium  
servorum.*

*Contubernales  
deterioris fue-  
rint condicio-  
nis quam  
concupina.*

qui nec adulterii poterat accusari contubernialis ob violatum contubernium per expressam l. 23. C. ad Leg. Jul. de adult. Et ita dimittendi licentia oramimoda permittebatur, nec reliqua jura, vel delicta, quoad matrimonium ad servos erant applicabilia; quamvis æque crediderim, ideo quia accusatio publica & poena L.Juliae non quadrabat ad servos, sicuti nulla alia lex de matrimonio lata (lex enim Julia & Papia, lex Papia Poppæa pertinabant ad cives) non tamen sequi laudabilem fuisse violationem contubernii, nulloque vigore dignam, contubernialis derelictionem. Sane remanebant, pudor, immisericordia, levitas animi, & omissione virtutum, quas nos Christianas vocamus, uti de dissolubilitate in genere sequetur deinceps.

### §. XI.

*Quid de matrimonio servorum S. Scriptura dicat?*

At vero, quoad servos, quid ait Scriptura? Detrudatur servum filio, & ejiciatur; nam non debet filius servæ hereditatem capere adversus filium personæ liberæ, nonne igitur & ibi improbatur illegitima conjunctio servorum. Respondeo distingendo, sicuti per totam hanc materiam, inter effectus Civiles matrimonii, seu conjunctionis & conjunctionem ipsam, & ejus moralitatem; sicuti igitur Christus & Apostoli non erant novi legislatores, ita Jura Civitatis & effectus Civiles suo loco relinquebant, nec addebant aliquid, nec detrahebant; ita etiam in hoc simili pro filiatione & hereditate regni celorum in medium allato, statuitur potius & firmatur ipsa differentia inter hereditatem filii servæ & filii liberae, ceu effectum genuinum legalitatis matrimonii, seu conjunctionis *ad effectum familie*. Nec dicitur, quod filius Servæ sit peccaminola conjunctione & concubitu progenitus, sed faltem quod non debeat hereditatem capere, distinguuntur igitur expressæ inter matrimonium Servorum & liberorum hominum quoad effectum Cililem, quoniam hereditas ex filiatione unice procedit, supposita fictione unitatis in familia, Juribus Civilibus, ob solum caput familie considerandum, præscripta; atque adeo status servorum non improbatur, sed approbatur, vel portius suo loco relinquitur, sicuti saepius de liberis & servis in Sacro Codice statuitur; Alias enim disputaret Scriptura non contra servos, sed adversus homines liberos, & Servorum Dominos, quippe Servi statu connubiorum legitimorum præter suam culpam præclusis, quam maxime, contubernia servorum frequentia experentes,

*Apostoli an iuri serorum circa connubia servaverint?*

tes, ob acquisitionem servorum *per nativitatem*. Nullum igitur est dubium, quin servorum jura, quoad conjunctionem in contubernio retinuerint Apostoli, nec unquam contra illa disputaverint, cum adversus jura libertatis non potuisse servis meliori connubio consultum iri. Et quamvis possit objici, exclusionem servorum a legitimo matrimonio potuisse approbari quoad effectus Civiles, in primis quoad successionem, sicuti salvo Christianismo potest admitti & approbari ipsa paupertas; inde tamen non sequi, quod in ipso contubernio non potuerit servari affectio maritalis indissolubilitas. At vero, si fuisset unquam intentio reformati adversus jura Dominorum, leges Civiles, & universam totius mundi, de contubernio Servorum consuetudinem, sane fuisset opera & pretium, nec ulla ratione potest presumi adeo plenarium in re tam ardua silentium. Sed vero neutiquam & nullo unquam tempore matrimonia fuere indistincte indissolubilia, & adeo non est disputandum delictum dimittendi, sed de causis dimissionis & divortii, de quibus in se diceret deinceps, quando de dissolubilitate concubinat⁹ erit dicendi locus. Saltem vox divortii, intuitu contubernii, & concubinatus nec erat *adæquata*, nec omnes hi termini matrimoniales a Jctis pariter & Dd. Eccl. potuerint mente concipi intuitu servorum, absque contradictione in abjecto, in specie quoad affectionem maritalem. Mansit tamen status Servorum ab initio Christiansmi, ut non tantum in ipso dicto scripturæ allegato de ejectione filii Servæ & exclusione ab hereditate, expressis verbis separata sint nuptia Civium & liberorum hominum a conjunctione servili, ita, ut filius, & concubitu servorum natus, sit exclusus a domo & omni Familia; nam Familia, & hereditas tum temporis erant unum idemque, sed & non poterat aliter, quam approbari concubitus iste extra familiam & jura familie, quia aliud remedium servis non erat concessum, nec poterat sine destructione totius Juris Civitatum concedi. Sane igitur qui ex antiquitate rite indagaverit, quid sibi voluerit nomine Familia, quid Contubernium, quid divortium, junctis aliis hujus rei infinitis Doctrinis, non mirabitur, si fatear perpetuis contradictionibus involvi Doctorum & Ecclesiae & LL. tradita de matrimonio, multasque hodie in rebus matrimonialibus inveniri difficultates, non in se, sed ob Doctrinam ipsam, quas tamen silere malo, ob animos impuros, quibus facile potest scandalum accomodari.

*Duravit status  
Servorum ab  
initio Christia-  
nismi.*

*Cur genuinus  
sibi conceptus  
formandus de  
contubernio,  
divortio, fami-  
lia &c.?*

*Servitus non  
est contra na-  
turam Christi-  
anismi.*

modari. Illud adhuc extra-dubium est, quod status Servorum non fuerit adversus naturam Christianismi, quamvis quoad regnum Coelorum nullus sit servus, nullus liber, sed omnes æque habiles ad filiationem in Christo; attamen in regno mundoano adest differentia, & hæc in regnis terrarum diversorum statuum diversitas, a Christo identidem suo loco relinquitur, quia ipius Gloria de hoc mundo non est. Præterea Dd Ecclesiæ & Imperatores Christiani Doctrinam de servis seu contubernio & alias LL. retinuerunt, ac sias fecerunt atque ad Eustachii heresim connumeratur, quod sub specie pietatis servos a Dominis abalienare voluerit. Vid Socrat. in Hist. Eccles. lib. 2. cap. 33.

## §. XII.

*Quid per foro-  
riam appellat-  
ur?*

Restat fororia appellatio de qua dicitur in l. 19. C. de Episcop. & cler. his verbis: *Eum, qui probabilem seculo disciplinam agit, decora-  
tionem intelli-  
lori consortio fororiæ appellationis non decet; Quicunque igitur  
cujuscunq; gradus sacerdotio fulciuntur, vel Clericatus honore  
censemur, extranearum sibi mulierum interdiæla consorcia cognoscant,  
hac tantum eis facultate concessa, ut matres, filias, atque ger-  
manas intra Domorum suarum septa contineant &c. Cui textui  
jungitur Auth. multo magis, sequentem in modum: *multo magis  
ergo cessant eorum Conjugia, soli enim Cantores lectoresque nuptias  
contrabere permituntur &c. que prohibito videtur convenire  
cum doctrina Concilii Ancyran. cap. 19. & exemplo Fidei Nicenæ  
apud Ruffinum hist. Eccles. lib. I. cap. 6. ubi num. 3. sequentia tra-  
duntur verba; Et ne quis Episcoporum ceterorumque Clericorum  
cum extraneis mulieribus habitet, præter quam cum mare vel foro-  
re, vel bœia, vel si que sunt hujusmodi necessitudinum persone. Ante-  
quam vero ad explicationem propositi textus & indolis fororiæ  
appellationis vel etiam fororum primitiva Ecclesiæ progrediar,  
duo potissimum sunt præprimis supponenda & præoccupanda;  
primo, quænam fuerit genuina ratio, quod Clericorum Connubia,  
quæ ab initio Christianismi licita erant, postea in Conciliis  
prohibita; deinceps vero secundo, quod duplex sit formandus for-  
oriæ appellationis conceptus, alter licite, alter illicite. Illa, tam  
Cleris ab initio, quam aliis Christianis erat communis & permissa  
& formabat quasi Connubium Novi Testamenti, ac quoniam  
forte tot requisita Juris Connubiorum apud Gentiles, intuitu Ju-  
rium Civitatis, Christianis nec communicabantur, nec placebant,**

*Quoniam di-  
catur licita fo-  
roria appella-  
tio?*

yoca-

vocabant suas uxores / sorores, de quibus loquitur Apostolus, quod  
 sibi quoque sit licitum ducere sororem in locum uxoris, scilicet le-  
 gitimæ, apud Gentiles & ob introductas ab his leges connubio-  
 rum, quarum intuitu forores vix aliter, quam Contubernales &  
 concubinae poterant venire. Illicita vero sororia appellatio uni-  
 ce hæc est, quando Clerici, supposita jam prohibitione, de non du-  
 cendis uxoribus, sub prætextu matrum, filiarum vel fororum, &  
 cum figmento, ac mendacio, alias extraneas mulieres secum du-  
 cebant, unde *ovescuntur*; & quando quæstio erat, quid sibi negoti-  
 ii esset cum ipsis mulierculis, falso respondebant, esse forores  
 Germanas, vel alias cognatas, vel etiam, quod forte ab Historicis  
 negligitur, aut confunditur, cum nondum ipsis essent prohibita  
 matrimonia, sive primaria, sive secundaria, id est, sine effectu  
 patriæ potestatis, & reliquorum Connubii Jurium, effectibus, iti  
 clerici abstrahendo a coniunctione unius aut uxoris aut Concu-  
 binæ, meretrices & alias illaudabiles personas alebant, sub prætex-  
 tu fororum germanarum aut matrum, aut etiam forte fororum  
 quatenus pro uxoribus sumebantur tempore adhucliciti clerico-  
 rum matrimonii, cui fuso & mendaciis obviam veniebant tot le-  
 ges & Concilia, ut confusio quædam sæpe irrepserit, & yix illa  
 possit evitari, quando de prohibitione sororæ appellationis ver-  
 balegum & Conciliorum examinantur. Quod ut ulterius appa-  
 reat, videndum nunc quoque, quænam sit præter dictam genui-  
 na ratio, quod Clericis in genere matrimonia sint interdicta: alii  
 dicunt, quia, qui se adiplicavit ac dedidit servitiis Ecclesiæ, sacris-  
 que, debeat quoque abstrahere ab actibus mundanis, ne detinea-  
 tur a cultu Ecclesiæ debito. Inde Cantori & aliis, laxiori servitio  
 Ecclesiæ dicatis, permisla erant matrimonia. At vero o nobiliss.  
 Cantor! si tanta confusio Ecclesia potuisset prævideri, ut tot &  
 tam inutilia servitia Ecclesiæ introducerentur, ita, ut non amplius  
 constet, quid sit Ecclesia, quid Templum, sane fuisses obligatus,  
 rem suam restituere acolutho. acoluthus Diacono, Diaconus E-  
 piscopo, Episcopus Ecclesiæ, Ecclesia se ipsam Christo, & ita sane  
 sciret Ecclesia, cujus esset, & ita primis statim ab initio seculis.  
 Quid vero dicetur de restitutione sequentium seculorum, quid si  
 nunc ista requireretur a Cantore usque ad Episcopum, heu! quanto  
 gratu procederetur a Cantore ad Canonicum & Prælatum, Deca-  
 num & Præpositum? sed actum est de Ecclesia, quæ nec sibi ipso,

*Quænam illu-  
cita?*

*Cur Clericis  
interdicta ma-  
trimonia?  
Prima ratio.*

*Secunda.*

nec Christo ante exitium mundi facile erit reddenda in sinum, & quid sane dicendum ad tibicines, fidicines, Lyricines; At vero quicquid hujus sit, progrederimur ad aliam rationem, quæ non defumitur ab impedimentis negotiorum secularium, sed ab ipsa quadam putativa honestate, ac si immundities quædam Veneris non deceat graves & honestos viros, pro exemplo aliorum in tanto officio constitutos, ut castitatis imaginem repræsentarent reliquis, commonstrarentque, quam facilis sit purioris castiorisq; vitæ via, dummodo applicatio accedat. Alia demum ratio traditur ab aliis. vid. Calvoe in *F. s. Sion. lib. 18. cap. 1. §. 21.* Quæ admodum vero similis viderur, nempe quod abstinerint Clerici in ulterius plantanda Ecclesia ab ipsis matrimonii ad captandam benevolentiam Gentilium, qui valde Christianis accurrebant & quibus admodum in honestus videbatur Clericorum concubitus, quoniam apud eos sanctum:

*Tertia.*

Absistat ab aris, cui tulit hesterna gaudia nocte Venus.

Unde Atheniensium Hierophantæ, & alii quoque potu cicutæ utebantur, quæ erat herba adeo venenosa, ut ejus succum bibere damnati cogerentur, quare & Socrates fertur, ejus poculo periisse. vid. Plinius. *lib. 25. cap. 13.* sacerdotes quoque matres Deorum Samiæ testa virilia sibi amputabant, & notæ sunt proinde Virgines Vestales, ac apud Ægyptios sacerdotes *dyuuei* constant, quoque apud Judæos Essæi, & hodie Rabbini circa Sabbathum Venrem alio roboran.

### S. XIII.

*Rationes allatae rejiciuntur  
Et in eorum locum genuinae surrogantur.*

Quamvis vero hæc ultima ratio valde videatur vero similis; non tamen credibile, Christianos se gentilibus æquiparasse, cum illud ab ipsis prætenderent, nec potuissent in gratiam illorum rem licitam pro illicita venditare. Secunda vero ratio continet flosculos tantum Oratorios, & remanet itaque indagatio veræ rationis, quæ mihi videtur prima, nempe ab alienatio ab actu Ecclesiastico, per impedimenta rerum Civilium; non tamen quod itidem honestum non sit, prout plurimi confundunt, immiscere se rei seculari & commerciis in felicitis, sed ob statum peculiarem Juris Connubiorum & inde dependentis Juris patrumfamilias, sine quorum præsencia nec ab ipsis, nec ab ipsis filiis, poterat vel emtio-venditio vel alias actus exerceri, unde Jus patriæ potestatis;

statis; Notum enim est antiquis temporibus in quocunque contractu, aliisque negotiis Civilibus exercendis, non ad personas earumque consenitum fuisse respectum, sed ad familias, quibus Civitas dijudicabatur, & ex quibus nemo, nisi Paterfamilias ad negotium, valide celebrandum admittebatur. Cum itaque Clerici tantummodo essent addicti rebus Ecclesiasticis, scilicet in Ecclesia elegantiori & pedeuent more regiminis mundani ad illustriorem speciem redacta, non sane conveniebat, ut impeditarentur quotidie Clerici interesse contractibus & quotidianis commerciis filiorum familias. Inde *familiam* non audebant habere, licet habuisse conjunctas seu uxores, extra omne dubium sit positum. Nihil igitur cessabat in legitimate consortii Clericorum, quam effectus Civiles, manente matrimonio, alias in se non illicito; unde concludimus, fororiam appellationem fuisse aliquod permisum quidem & licitum matrimonium, sed non legale, solenne & ordinarium, quia extra dubium est, soli servitio Ecclesiae, etiam primae vos uxoratos Clericos fuisse addictos, quamvis non cum effectu Civili, quoad familiam; Inde comparative & intuitu veri effectivi & legalis matrimonii vel connubii Civilis erat haec fororia appellatio, uno verbo, nihil aliud, quam species contubernii, seu concubinatus. Quando igitur textus Codicis prohibet & interdicit Clericis istam fororiam appellationem, videtur quidem abufum sequentibus temporibus sub specie personarum conjunctarum supposita prohibitione totius matrimonii, & omnimoda Clericorum conjunctionis introductum, quam maxime prohibitum esse, confusionem tamen enormem tam ex ipsis Textibus, quam Decisione Conciliorum, quibus hi Textus fundantur, esse commissam inter fororiam appellationem primaeam, & deinceps in Legibus Clericis tantum prohibitam; haec enim sola illicita est, non vero illa, sed effectus Civiles solum prerumperat, ut adeo potuerit manere contubernium permisum, ita, ut hanc fororiam appellationem genuinam & ipse Apostolus probet expresse i. Corinb. 9. v. 5. vid. Eusebius, Hieronymus, Tertullianus, ex novioribus Hospiianus, & ali. Unde mihi valde difficile videtur asserere, an & istae & hodiernae conjunctiones Christianorum magis accedant connubii Romanorum, an Concubinatu; cessat enim quidem dignitatis communicandae privatio, sed haec consistit in effectu Civili. Ubi e contrario ne vestigia, an cum concubinatu;

quidem adsunt jurium Connubii istius temporis, quatenus reliquis licitis conjunctionibus opponebatur; cessant enim tanta jura Familiarum, & inde proveniens *fictio unitatis* patria potestas &c. Quod enim dissolutionem attrinet, de ea dicetur deinceps, ita, ut separationis argumenta pariter ad concubinatum, quam reliquam legitimam conjunctionem quadrant.

#### §. XIV.

*Jure Civili concubinatus est permisus.* Consequens est, ut videamus de ipso Concubinatu, qua in *legibus Civilibus*, qua dispositione *primeva Ecclesiae* usitato. Et quidem quoad Textus Civiles, apparebit statim ex illorum allegatione & inspectione, quod quidem honestior fuerit uxor, quam concubina, honestas tamen ista non ex actu licto vel turpi, sed effectu mere Civili determinanda sit, cum uxor corruscaverit radiis mariti, id est: Dignitate eadem gavisa, non vero concubina, eo quod non erat mater familias, & primo quidem de illis concubinis cum egregia consideratione dicitur in *l.30. in pr. ff. de Donat.* cuius integer Textus meretur, qui hoc loco adponatur. Verba vero *J. C. Papiniani* in hoc genere, tanta alias conscientia praediti, ut martiris vicem obierit, haec sunt: *Donationes in Concubinam collatas non posse revocari convenient, nec si matrimonium inter eosdem postea fuerit contractum ad irritum recidere, quod ante iure valuit, an autem maritalis honor & affectio pridem praecesserit, personis comparatis vice conjunctione considerata perpendendum esse respondi, neque enim tabulas facere matrimonium.* Sane ex hac ipsa legge clarissim appareret, quod nimis facilis sint, qui conceferint, deficere in Concubinatu affectionem maritalem. Et ita statim cessat altera differentia nota inter matrimonium verum & Concubinatum, alteram vero de indissolubilitate examinabimus deinceps, quanquam & de hac in Textu apparet, *illaudabilem*, fuisse dissolutionem Concubinatus, & inter alias quasdam poenas praerogativarum privativas meruisse; alias enim verba illa, *vita conjugia ne considerata*, vix possent intelligi. Interim tamen manebat ex natura negotii dimittendi licentia, ob causas & leges divoritorum *Civibus* tantum applicabiles; quomodo vero fuisset consilendum isti, qui iure Civitatis impeditus legitimas nuptias contrahere, non valebat, nisi fuissent alia genera licite conjunctionis?

*An in concubinatu deficit affectio maritalis?*

*An concubinus fuerit dissolubilis?* neque

neque mente concipi posset, quid sibi velit dubitatio *pr. ius. de Nuptiis*, ubi dicitur, quod de filio furiosi dubitatum fuerit, an nuptias contrahere vel potius uxorem *ducere* posset; puta nuptias sufficientes & legitimas, ad quarum perfectionem essentialiter requirebatur Patris Consensus, ut duceretur in ipsius domum & familiam, unde etiam ad filia non variabatur, nisi supponeremus, licet conjunctionem ipsi super suis. De effectibus Civilibus, vero obcessans requisitum essentialie, tantummodo suis dubitatum. Alia dispositio & effectiva aequipolens comprehenditur in *I. 29. in pr. ff. de legatis III.* Et quod dignitatis Civilis tantum, non licita Coniunctionis differentia inter Concubinatum & nuptias intercedat, quod nos tam distincte sepius monimus. & omnino in hac materia monemus, expresse deciditur in *I. 49. §. 4. ff. eod. his verbis: Parvi autem res referunt, uxori an concubinae quis leget, que ejus causa erat, parata sunt, sane enim nisi dignitate nihil intereat.* Quamvis vero, in nonnullis legibus non tam honorifice de Concubinatu sentiatur, facilis tamen est responsio, ex ipsis notissimis Dignitatis gradibus depromenda; sicuti enim gradus honoris sunt in uxoribus iustis: ita ut opificis uxor non adeo honoretur ac mercatoris, hujus vero non ita, ac alia dignior, ob honores & munera mariti, ita quammaxime in Concubinis idem obtineat; quoniam verum matrimonium, remotis impedimentis Civilibus, facile inter easdem personas sequebarunt, ita concubina, ad illum effectum obtinendum, praे reliquis studebat virtutibus, gravitati & meritis economicis. Longe vero aliud sentendum, de meretrice vel alia levi persona, quæ indocte cum concubina comparatur. Alia adhuc dispositio invenitur in *I. 17. §. 1. ff. de his quæ ut indignis &c. & aliis Juris Testibus compluribus*, ita, ut nec concubina semper matronæ nomen amiserit, præprimis si fuerit Concubina patroni *vid. I. 41. in fin. ff. de ritu Nupt.*

## §. XV.

Et ita quidem de jure Civil. Sed quoniam hoc non attendendum Tibi illustris Dn. Abbas, videbitur, provoco ad JCTos Christianos, qui expresse senferunt, Concubinatum ab initio Christiani durasse. At ubi nec horum Testimonium sufficiens videri posset, videamus, quid Christianis primitivæ Ecclesiæ purioribus, ipsisque rerum Ecclesiasticarum & Christianarum interpretibus & Patribus, in ipso cœtu Conciliorum congregatis, vi-

*Concubinatus  
& nuptie diffe-  
rent tantum  
dignitate.*

*Sententia pri-  
mitivæ Ecclesiæ,  
item Patrium  
de concubina-  
tus.*

vium

*Justinianus  
probavit con-  
cubinatum.*

sum fuerit de Concubinatu sentiendum. Et ante quidem Justinianum, qui post tot Secula, tanquam Imperator Christianus, leges de Concubinatu ad explicanda reliqua Jura matrimonialia adjectit Juris Corpori non tantum, sed & ipse probavit; vid. omnino Eckolt, *ad tit. ff. de Concubin.* Ab initio nempe Christianismi usque ad Seculum IX. ab Imperatoribus Christianis fuit receperitus, tacentibus, & partim expresse consentientibus omnibus Theologis; imo, quod maximum, ipsi patres Ecclesiae concubinatum nunquam damnarunt, sed tanquam licitum depredicarunt, licet nonnulli Patrum ex post facto, cum & Concubinatus & ipsum matrimonium aliam faciem induerint, etiam quod effectus Civiles, connumeratis temporum & variationum Circumstantiis, coeperint istum rejicere. Unicus quidem Ambrosius tempestive dissentire videtur; sed ut taceamus conciliationem absque ullo progressu ad aliquod extremum facile posse inveniri, & deinceps adjiciendam esse, hoc saltem intuitu istius in evenum erit præmonendum, quod si nulla conciliatio inveniret locum, non tamen posset argumentum valere, ab unico patre Ecclesie ad totum Cœtum in Conciliis publicis congregatorum, Ecclesie patrum qui expresse concubinatum receperunt, sicuti factum est, in Concilio Tolentano, his verbis: *Is qui non habet uxorem,* hoc est, cui interdicta sunt jura Connubiorum solennia, ob deficiens jus Civitatis, vel alia requisita legis Civilis, & pro uxore habet Concubinam cum urere non posset & nullum aliud in Civitate legitimum, Conjunctionis remedium supereisset, a communitate putata Christianorum, non repellatur, tamen unius mulieris aut uxoris aut Concubine quia plures habere nec lex Civilis permettit, *conjunctione sit contentus.* Tota vero Collisio & dubitatio modernorum Theologorum pendet ex eo, quod, neglecta Historia Ecclesiastica, statum Connubiorum praesentem, & supposita benedictione Sacerdotali fundatum, ab omni ævo, existiment, ita fuisse immutatum; cum tamen benedictio sacerdotalis seculo Demum IX. & X. in ordinem redacta, & matrimonia, *inde* fundata, plane novam causam sumferint. Ante hæc Secula vero nuptiae per benedictionem seu presentationem, Ecclesia valde dubia & multis tricis fuere obnoxiae, ac sacra nuptialis cum missione & aliis actibus Civilibus multa habuerunt communia: vid. Calver in *Ritual. Eccles. lib. I. Sect. I. cap. 27. §. 4. & seqq.* Ut adeo interia

*An Ambrosius  
illum dammus?*

*Concilium To-  
letanum illum  
approbat.*

*Cur Theologi  
bodie concubi-  
natum da-  
mnent?*

*Origo benedi-  
ctionis Sacer-  
dotalis.*

interea temporis discernere matrimonium & concubinatum egregii sit laboris; genuinam vero differentiam nec Hildebrandus, nec Calvoe nec alius quisque, quam maxime etiam sollicitus, potuerit invenire.

### §. XVI.

Quam indubia itaque & incerta haec omnia sint, ira, ut non sit neceesse adversus veritatem & fidem Historicam disputare; attafelionis manen & mihi licet conjecturas quasdam adferre in medium, quod ricalis, & dissennpe deficiens affectionem maritalis & dissolubilitatis seu divertendi libilias nullam differentiam inter matrimonium & Concubinatum non efficiant. Et ad maritalem quidem affectionem quod trimonium & attinet, duplex de ea conceptus communiter formatur: alter concubinatum quod affectio maritalis consistat in effectibus tantum Civilibus, & effectu participatione ejusdem honoris & commodi, ob personas, iuribus Quid per affectionem matrimonii inter matrimonium & concubinatum non inclusas; alter vero quod comprehendat & significet amorem Conjugalem & affectionem sibi habendi aliquam pro gatur? licite conjuncta, supposita conjunctione & communicatione vita, licet non Civilis, tamen naturalis, & quodammodo oeconomicae, fortunæ adversæ & secundæ, & ita se invicem æstimandi in ista conjunctione, non obstante deficientia effectuum Civilium. Si igitur primi generis sensus abesse dicatur a Concubinatu concederem & largiter facillime quidem. Sed quid hoc adprohibitio- nem divinam; honor enim mundanus non requiritur in regno Cœlorum seu Foro Poli; si in sensu posteriori nego quam maxime, cum & leges Ethnicae obstant, juxta ea, quæ superius adduxi, præprimis ex tenore expresso citatae l. 31. in pr. ff. de Donation. Antequam vero de dissolubilitate & licentia dimittendi, quæ unicæ adhuc restat, disceptemus, sequentia præprimis postulata, necessario supponenda esse arbitror. (1) Quod dissolubilitas etiam ipsius matrimonii tam juxta regulas Christianorum, quam aliarum gentium ab omni ævo obtinuerit, causa vero saltem fuerint diversæ. (2) Quod intuitu Causarum dissolutionis non facile dari possit regula generalis, nec lex thetice & simpliciter talis lata videatur, sed omnis dispositionis ratio secundum quid & hypothetice, respectu cuiusdam populi, vel legum Civitatis, confuetudinisque, intelligenda. (3) Quod vero monita Scriptura de indisso- lubilitate tam Concubinatum, omnemque licitam conjunctio- nem, quam ipsum matrimonium tangant, supponantque miseri- cordiam

*cordiam & lenitatem Christianam, ne quis utatur permissione di-*  
*mittendi Conjugem, quippe que Civilis tantam ratione concessa.*  
 (4) *Quod Christus & Apostoli omnem dissolubilitatis, seu divor-*  
*tii rationem aequa accommodaverint legi tantum & statui Civili,*  
*alias nec ob adulterium permisstent divortium.* (5) *Quod extra*  
*dubium sit, Christianae indolis rationi, virtuti & lenitati convenien-*  
*tius esse, & laudabilius, nec ob adulterium dimittere Conjugem.*  
 (6) *Quod optimus Salvator reliqua jura talionis, & retorsoris*  
*nimirum dura judicaverit, & inter Christianos non toleranda, nihil-*  
*ominus talionem fracta fidei matrimonialis, Statui Civili istius*  
*ævi existimaverit accommodandam.* (7) *Quod itaque læsio partis*  
*innocentis omnem causam divortii ab omni ævo radicaliter &*  
*primario effecerit.* (8) *Quod vero pars aliqua in matrimonio se-*  
*cundario non ledatur, ubi ab initio Contractus fuit persuasa, &*  
*ex legibus Civitatis certior reddit, alias & leviores esse causas di-*  
*mittendi, præcipue inter duros animos, quam in ipso matri-*  
*monio Civili.* (9) *Quod adeo & is fuerit immisericors, qui Con-*  
*cubinam dimiserit, absque ulla Causa, & peccaverit, ab omni ævo,*  
*contra honestatem, vel potius laudabilitatem vitæ, in se, & virtu-*  
*tem Ethicam, quam in ipso Christianismo vocamus lenitatem,*  
*misericordiam seu virtutem Christianam & denique* (10). *Quod intuitu*  
*dictorum Scripturæ enormis mihi videatur formanda*  
*differentia inter Christianum docentem & disputationem; ibi enim ad-*  
*hibet Theles generales, simpliciter tales, & ad omnes applicabiles,*  
*hic vero speciales, secundum quid consideratas, & argumentata* καὶ  
*εὐθυντος exhibentes.*

## § XVII.

*Mores Gentium circa dissolubilitatem Causa divortii. Mys-*  
*tatio status in dissolubilitate attendenda.* Ad illustrationem postulati primi pertinent mores tam He-  
 bræorum quam Graecorum, ut & Römanorum, aliorumque po-  
 pulorum, de quorum diversitate vid. Calvæ in *Ritual. Ecclesi. lib.*  
*I. Secl. I. cap. 49 per tot. & ibi citat Author: Saltem quoad mores*  
*Christi, dicendum, quod præter Causam adducam, a Christo per-*  
*missum status posterior & hodiernus, sicuti Tibi ipsi ex experien-*  
*tia Confessoriali notum est, multo plures admittat divortii causas,*  
*causa divortii. ut sunt: malitiosa desertio, impotentia, error in persona, metus,*  
*quarum Causarum extensiva interpretatio, intuitu nempe unius*  
*tantum Causæ permisæ, novam sane συλλογοναցdiay sapit, non ob-*  
*stante permissione Theologorum Christianorum, non obstante*  
*quoque*

quoq; distinctione, inter solutionem matrimonii, & declaritionem nullitatis; quippe qua nihil, nisi pallium Cordis duritiae præbet. Non jam addam, quod mihi valde verosimile videatur, ab initio Christianismi captivitatem, & servitutem intervenientem potuisse tollere vinculum matrimonii veri & Civilis, cum permisso salvatoris, quoad dissolubilitatem, loquatur saltem de isto Casu, quando illud divortium incipit a parte innocentia, & ita a dispositione hominis, non vero quanto sit immediate ab ipsa lege, & ita incipit a dispositione Juris. Præterea effectus Servitutis, & captivitatis non fuerunt mediante Christianismo sublati, & sicuti *mutatio plausus in se non est speciale delictum, sed potius hoc omnia in sensu contrario supponunt, quod semper monemus lenitatem Christianam, quippe quæ respuit legem in se: ita hisce suppositis ultro fluit illustratio postulati secundi, videlicet quod omnis permissionis dissolubilitatis sit hypothetica, & supponat Statum Civilis mutatum, vel non mutatum, alias Theologis interpretaciones extensivas haud sustinuerint.* Non dicam de Statu Hebraeorum, & Græcorum, quibus alia, aliæque Causæ addebantur, cum pudoris esset dimittere & valde turpe etiam apud ipsos Græcos, qui hoc se, vinculum alias valde solubile judicabant, vid. Calvœr cit. loco §. 3. Unde porro fluit explicatio postulati tertii & sexti, nam quod licentia dimitendi ex Causa Christiana & hodierna consistat in sola misericordia & debita lenitate Christianorum, & e contrario melius faciat, non dimitendo, cui licentia ex justa causa concessa est, probatur ex ipsis persuasionibus in nostris Consistoriis adhiberi solitis, & quotidie Tibi notis; videlicet ut pars *innocens* misereatur, pars *nocentis* & *lapse*, ac retineat in toro, unde etiam pena Capitalis solet remitti adulteris, si pars *innocens* laudabilis & suadenda misericordia christiana *dulcis* remittat delictum parti nocenti.

## §. XIX.

*Quarti* vero postulati argumentum latet in antea deductis, de *Explicatio r. liquorum p. suppositorum.* juribus coemtionis, matris familiis &c. que non quadrabant ad Concubinam, & ideo non tam facile dimittebatur uxor, quam Concubina. Pudoris tamen erat & turpe, ex sola levitate animi & sine ulla causa hanc quoque derelinquere. Unde fluit, quod volumus misericordiam nempe christianam in non dimitendo ad Concubinatum & matrimonium æque quadrare, hæc vero mi-

tericordia & Status Christianissimi non tollit Statum Civilem, sicuti, qui Eleemosinas non dat, non incurrit poenam vel notam Civilem, quanquam Christianam, huic vero Statui Civili omnes omnino & ipse Christianae de divortio leges superstruuntur, quæ alias & sua natura sunt & militant contra Christianismum & miserit ordinam Christianorum; alioquin enim non laudarentur isti, qui contra legem Christi, ipsum divortium permittentem, retinent conjugem & remittunt, atque hoc idem est, quod diximus postulato. *Quinto;* Quod vero juxta postulatum *Sextum* inter rationes Statui Civili ad temperatas quoad divortium ob adulterium, præ reliquis appareat jus talionis, & retorsionis, valde verosimile est ex eo, quod ista tempestate rudiores erant homines in remittendo, & retorsiones seu taliones valde usitate, de qua re vid. Gellius *Iib. 20. c. 1.* Ubi quoque invenitur ratio, alias intuitu istarum talionum ridicula vis; cum scilicet poena pecuniaria non sufferent, & petulantiae hominum præprimis divitum, non possint satis coerceri, recipiebatur poena talionis, sicuti hodie in duellis quandoque obtinere solet; petulans enim Neratius quidam apud Gellium pro delectamento habebat os hominis liberi manus suæ palma verberare, eum servus sequebatur crumenam plenam assium portans, & quemcunque de palmaverat numerari statim secundum duodecim Tabulas quinque & vigintiasses jubebat, inde poena talionis introducebatur.

*Si membrum rupit meum e pædo talio esto:*

Quamvis itaque optimus Salvator improbaverit legem talionis, ut oculus pro oculo, dens pro dente, vel membrum pro membro ruperetur: *quoad* tamen *divortium* illam non judicabat, statui Civili & Christianissimo adeo plenarie contrariam, sed potius *eatenus* tolerandum, ut qui fidem fregerit conjugalem, idem patetur a parte innocentie, & ita huic *crevillier* & *impune* licet & permitteretur dimittere conjugem; Reliqua sunt evidenter, & fluunt ex dictis prono quasi alveo.

*§. XIX.*

Concludimus itaque ex hisce omnibus rationem dissolubilitatis vel totalis seu *omnimoda*, vel etiam sub *certa causa* permittendæ, non esse vitium concubinatus in se, & ipsi proprium sed *commune* cum matrimonio. Sicuti enim *ipse cause* divortiorum potuerunt

*Statutis*

*Dissolubilitas non est si-  
tum concubi-  
nati propri-  
um, sed com-  
mune cum ma-  
trimonio.*

*Statui civili accommodari:* ita neutiquam credendum peccasse  
 Christianos Imperatores, JCros, Theologos, imo vero ipsos Ec-  
 clesie Pares, & quidem in pleno Concilio congregatos, dum  
 Statui Civili accommodarunt *rationes* dissolubilitatis *luxiores* vel  
*ipsum Concubinatum*, & Conjugium *secundarum*, humanitati, quæ  
 in hodierna quoque Theologia suadetur, & lenitati Christianæ  
 relinquentes, dimittere neutiquam nec ex causa, ab ipso Christo  
 permisſa. Atque adeo Illustris Domine, Abbas, collige, si placet,  
 & crede, quam sit, facillimum, conciliare tuam sententiam & opini-  
 onem in dissertatione, non adeo distincte traditam, cum sen-  
 tentiis Patrum, Theologorum, & JCtorum præprimis moderno-  
 rum, qui solliciti sunt Connubii materiam paulo accuratius & ex  
 fundamento evolvere, & ita leges hodiernas quidem, sed isto con-  
 cubinatus ævo *latas*, juxta genuinum sensum explicare. Et ante-  
 quam quidem ad ipsam, binis jam verbis expedientiam, concilia-  
 tionem tuæ dissertationis accedam, decreveram ab initio, præ-  
 mittre quodammmodo *illustrationem* Dissertationis Illustr. Dn.  
 Thomasi, & adjicere de periodo in periodum, quæ ad supplemen-  
 tum præprimis fidei historicæ, & antiquitatum, paulo possent  
 quadrare: sed video ita excreville instituti molem, ut epistolæ  
 faciem fere amittat. Inde doleo, quædam in ipsa tractatione silu-  
 ifile, præcipue allegata historicæ, & exprobatis Ecclesiastice po-  
 tissimum historia Scriptoribus deprompta, que cum meliori  
 connexione credideram dictæ eruditissime dissertationi jungere.  
 Basis vero & fundamentum totius Conciliationis & conferenda  
 tuæ opinionis cum assertis Patrum & aliorum christianorum  
 Theologorum, ne hi dicantur contra Christianismum statuisse,  
 ne tu videaris ipsis contradicturnus, consistit in eo, quod isti lo-  
 quantur in permittendo concubinatu, & concedanda faciliori  
 dissolutione, de Statu *Civili*, imperfecto, quatenus saltē non  
 contradicit legibus divinis naturalibus & moralibus, seu de *foro*  
*Soli*, vel etiam de legibus durioribus quidem, sed tamen permisſis,  
 & societatem *Civilem*, etiam Christianorum non turbantibus,  
 uno verbo, *politevmatē mundi*; Tu vero loqueris de Statu *per-*  
*fecto* Christianismi, & *Crīticiā Salēm*, in qua omnes debent sum-  
 ma ope niti, ut perfectionem viræ acquirant, neglectis *legibus* *per-*  
*missis*; seu sermo tibi est de *foro poli*, vel etiam de legibus leni-  
 tatis & virtutis Christianæ (quamvis talis *lex* non detur), & revera

*Concilia-*  
*tione*  
*dissentientium.*

*Patrum sen-*  
*tentia de con-*  
*cubinatu quo-*  
*modo intelli-*  
*genda.*

lex non sit) vel, uti ipse mavis, de Statu uberioris gratiae Evangelii, uno verbo, de *politevmate Cœli*, contra cuius tamen indolem ipse Salvator noster permisit divortia, in statu nostro imperfecto.

### §. XX.

*Responsio ad quasdam objectiones.*

Recte itaque in genere dicas §. 1. *tue dissertationis* quod multa in Scriptura Sacra contineantur *veræ diuinæ*. Recte etiam dicitur §. 2. quod Concubinatus, seu quod Tibi *eatenus* idem est, dissolubilitas & dimittendi licentia (nam affectionem maritalem deesse, vel unquam defuisse concubinatu*m*, *præter effusus Civiles*, nego ex superius dictis & pernego) sit contra *perfectiorem indolem Christianismi*. Illud enim concedo & facile largior, dummodo idem applicetur ad omnimodam dissolutionem etiam matrimonii, etiam si justæ cause & permisæ adint, ac dummodo rationes Status Civilis separentur, a ratione Status & œconomiae coelestis, atque perfectionis acquirendæ in Christianismo, *sine tam men damnatione, contentu, & accusatione improbitatis legum Ci vilium, & status Civitatis*, dummodo demum quoque rite supponatur, non tantum esse privilegium Voluptatum in matrimonio. Et sicuti teste Hospiniano *de orig. & progr. monach. class. i. cap. i.* fol. 32. enormiter errabat Ambrosius, quod virginitatem principalem esse virtutum affirmavit, cum fides, spes, charitas sint præcipuae virtutes, & castitas quidem sit virtus, sed *tam* in virginitate quam in matrimonio; ita in omni quoque licita conjunctione, si status civilis eam patiatur, certissimum est, posse deprehendi veræ Castitatis christiana non signa, sed insignia; quibus suppositis dictum, Matth. 19. 4. 5. sequ. in §. 3. *dissert. tue* allegatum intellectu facilius est, præcipue, si adhibetur postulatum ultimum §. 16. *hujus Epist.* & videntur mihi præterea, reliqui *diss. & Dissert.* §. usque ad ultimum, excestante omnimoda differentia inter Concubinatum seu matrimonium secundarium, & primarium seu Civile, satis cum doctrina nostra conciliari. Saltem adhuc restant dicta & asserta Patrum Ecclesiæ nonnullorum, qui contra licentiam & indolem Concubinatus scriperunt, quos allegati in §. *Dissert. ultimo*; at vero hi omnes *præter unicum* Ambrosium hoc plane non pertinent: nam reliqui vixerunt & ducerunt istis Seculis, cum Status matrimonii primarii & secundarii jam esset consolidatus, & idem juris haberent quoad connubia non Cives, &

*Quam virtutem Ambrosius principalem dicat?*

*Quid de Patrum sententiis sentiendum, qui contra licentiam concubinatus scripserunt?*


& extranei, quam isti, qui olim jure, Civitatis admodum singulari fruebantur intuitu matrimoniorum, quorum reliqui non erant capaces. Cessabat nunc enim coemtio, deductio in Domum effectus familiæ, fictio unitatis genuina, atque adeo, quod maxime observandum, concubinatus *abusivæ* jam tum incipiebat sumi & usurpari præcipue a Clericis extra sensum genuinum antiquum, & requisita, quæ cum vero matrimonio imprimis generico, & hodierni sensus, præter quosdam effectus Civiles, habebat communia. Ad Ambrosium vero quod artinet, non est necesse, ut recurramus ad suspectum reddendum ipsius Testimonium, quamvis novum eatenus argumentum, modo allegatum, suppeditavit Hospinianus, sed potius ad novam istius temporis, sine illo dubio novaturientis principiū conciliationem, ex historia supponendum, quod *juxta Sozomen. Socrat. Theodor. & Hieron.* Ambrosius fuerit antea Præses Milani Imperatorius, sicuti vero ad istam dignitatem statim in primis Imperii Monarchici Seculis evehebantur condigne admodum personæ, & Viri Status publici apprime gnare, ut possent jura Romana, quorum *origo & tenor* uticunque sapiebat Statum *popularum*, latenter transformare in Statum *Monarchicum*: ita sane Ambrosius & alii Præsides istis principiis Juris erant imbuti, ut quantum fieri posset, differentia legum inter Cives & non Cives toleretur. Et sicuti sub Augusto Imperatore anti Monarchica de Testamentis, vel in Comitiis, vel per mancipationem condendis, astute evertabantur per introductionem fidei Commissorum; ita potuisset jam olim, sed periculosa erat Ciuitum pertinacia. Nunc vero non poterat meliori ratione jus Connubiorum exorbitans tolli, quam per damnationem Concubinatus & omnis generis matrimonii secundarii, saltem, ut eo ipso quilibet homo indistincte particeps redderetur juris Connubiorum informis. Quid igitur mirum quod Ambrosius inciperet damnare Concubinatum, cum crederet plenarie intervertere antiqua & sub Christianis Imperatoribus facilius consolidare omnia Connubiorum jura, ita, ut reliqui actus essent *italiciti*, seu, contra ipsa jura *Civitatis*, tanta quanta *immutata*.

### §. XXI.

Vides igitur, Illustris Domine Abbas, quanta sit consideranda, *Conclusio cum* in tota Connubiorum materia, antequam ad unam veritatem, in *Voto*. *tanta varietate deveniatur.* Accipe, quod iterum rogo, hæc *omnia*

omnia benigno animo, & cum mansuetudine christiana; Crede mihi, si placet absque ullo studio vel contradicendi, vel rerum singularium & novarum concupiscentia, me hec omnia sentire, & publica facere. Obscurando præterea coeleste Numen, ut casto cuiquo vultui patescant hæ paginæ, & cœlibus videant æque, ac conjuges, quam sunt præscriptæ perspicuæ castitatis regulæ, & quæ posuit periri in tantis erroribus & tam fucata rerum matrimonialium heresi, solidior connubiorum schola; donec finito politevrate coelesti *quodammodo* & omni mundano, post finem ipsius Cœli & Civitatum, spiritalis nostra gloria ignoret & concupiscentiam & ita Castitatem, sed excellat coram facie æterni spiritus, propria sua perfectione. Tu vero vale. Dabam

Tracti ad Rhen. d.4. Nov. 1715.







00 A 6367



5b.


WCP

Rhein

C. THOMAS  
F. DENIEU

B.I.G.

Farbkarte #13



7.  
S. PETRI  
ENCRATITÆ  
AD  
*ILLVSTREM*  
ABBATEM BERGENSEM  
DE  
CONCVBINATV  
E PISTOLA.

Editio Secunda emendatior, & Tu-  
bingæ recusa Ao, 1714.